N. 515/2005

CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis), attentis litteris postulatoriis Rev.mi Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, Magni Cancellarii legitime præsentantis; re undique perpensa ac collatis consiliis cum iis quorum interest, ad normam art. 63 Constitutionis Apostolicæ *Sapientia christiana*

INSTITUTUM THEOLOGICUM O.F.M.
in civitate v. *Murcia* situm

hoc Decreto canonice erigit, simulque idem

Facultati Theologicæ Pontificiæ Universitatis *Antonianum* in Urbe

ad quinquennium experimenti gratia aggregat aggregatum que declarat, ex primo et secundo cyclo constans, ad academicos gradus scilicet Baccalaureatus et Licentiæ in Sacra Theologia per Facultatem aggregantem consequendos, sub ductu et vigilantia eiusdem Facultatis positum; servatis peculiaribus Statutis ab hac Congregatione approbatis; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Novembris, a. D. MMVI.

Zenon Card. Grocholewski

PRÆFECTUS

+ J. Michael Miller CSB

A SECRETIS

N. 515/2005

CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis), lectis perpensisque STATUTIS Instituti Theologici O.F.M. in civitate v. *Murcia* siti, Facultati Theologicæ Pontificiæ Universitatis *Antonianum* in Urbe aggregati, quæ in eorundem XCIX articulis definiuntur ac statuuntur **rata habet** atque ad quinquennium experimenti gratia **approbat**, iisque ad quos pertinet ut rite observentur præcipit; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Novembris, a. D. MMVI.

Zenon Card. Grocholewski

PRÆFECTUS

+ J. Michael Miller CSB

A SECRETIS

N. 746/2006

CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis), attentis litteris commendatitiis Rev.mi Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, Magni Cancellarii legitime præsentantis; perpensis titulis dotibusque quibus candidatus qui probe præsit aptus demonstratur; cum compererit eundem legitime electum esse; ad normam art. 18 Constitutionis Apostolicæ *Sapientia christiana* necnon peculiarium Statutorum pro munere

Rev.um P. Petrum RIQUELME OLIVA

sodalem Ordinis Fratrum Minorum, Sacræ Theologiæ Doctorem,

DIRECTOREM

INSTITUTI THEOLOGICI O.F.M.
in civitate v. *Murcia* siti

Facultati Theologicæ Pontificiæ Universitatis *Antonianum* in Urbe academice aggregati

hoc Decreto ad triennium **approbat** atque **confirmat**, omnibus ipsi agnitis iuribus et officiis huiusmodi muneri de more inhærentibus; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Novembris, a. D. MMVI.

PRÆFECTUS

A SECRETIS

N. 745/2006 et alii

CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis) concedit *Nihil obstat ad docendum* pro sequentibus docentibus in Instituto Theologico in civitate v. *Murcia* sito, Facultati Theologicæ Pontificiæ Universitatis *Antonianum* in Urbe academice aggregato:

- ÁLVAREZ BARREDO P. Michaële, O.F.M.
- ARREGUI OLAIZAOLA P. Iosepho, O.F.M.
- CRISTÓBAL CANO P. Carolo, O.P.
- CUENCA MOLINA P. Ioanne Ferdinando, O.F.M.
- FERNÁNDEZ DE PINEDO P. Angelo Maria, O.F.M.
- GUILLÉN ARMENDÁRIZ P. Ferdinando, O.F.M.
- GÓMEZ COBO P. Antonio, O.F.M.
- GUZMÁN MANZANO P. Isidoro, O.F.M.
- LAVILLA MARTÍN P. Michaële Angelo, O.F.M.
- MARTÍNEZ FRESNEDA P. F., O.F.M.
- PARADA NAVAS P. Iosepho Aloisio, O.F.M.
- RIQUELME OLIVA P. Petro, O.F.M.
- SÁNCHEZ GIL P. Francisco Victorio, O.F.M.
- SANZ VALDIVIESO P. Raphaele, O.F.M.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Novembris, a. D. MMVI.

Zenon Card. Grocholewski

PRÆFECTUS

+ J. Michael Miller, CSB

A SECRETIS

Decreto di affiliazione dello Studio Teologico OFM de Murcia (Spagna)

N. 1138/2001

CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis) postulatione attenta Rev.mi Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, Pontificii Athenaei Antoniani in Urbe Magni Cancellarii, legitime praesentantis; perpensa CONVENTIONE die XXI mensis Iunii a. D. MMI inter Rev.mum Ministrum Provincialem Provinciae Carthaginensis O.F.M. in Hispania et Rev.mum Rectorem eiusdem Pontificii Athenaei inita atque ab hac Congregatione approbata; cum compererit in Instituto Theologico laudati Ordinis in civitate v. Murcia vigente traditarum disciplinarum rationem canonicis normis conformari et cum diligentia promoveri, petitionem supradicti Rev.mi Magni Cancellarii libenter suscipiens, idem

INSTITUTUM THEOLOGICUM O.F.M.
in civitate v. Murcia vigens

Facultati Theologicae memorati Pontificii Athenaei

AFFILIATUM

pro munere hoc Decreto ad quinquennium experimenti gratia **constituit declarat**que, collata Facultati potestate academicum Sacrae Theologiae BACCALAUREATUS gradum iis alumnis conferendi, qui, praescriptum studiorum curriculum (can. 250 C.I.C.) feliciter emensi, specialia pericula sub ductu et auctoritate eiusdem Facultatis rite superaverint; servatis de iure servandis, in primis peculiaribus NORMIS ad affiliationem exsequendam, ab utraque parte subsignatis et ab hac Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die X mensis Iulii, a. D. MMI.

Secretarius
*Josephus Pittau

Subsecretarius
Josephus Baldanza

Lettera di accompagnamento

Prot. N. 1138/2001 Roma, 10 luglio 2001

CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

Reverendissimo Padre,

diamo riscontro alla gentile lettera [Prot. 091195 (250)] del 2 luglio corrente, con la quale Ella ci ha trasmesso la documentazione relativa all'affiliazione dell'Istituto Teologico O.F.M. di Murcia alla Facoltà Teologica del Pontificio Ateneo "Antonianum" in Urbe.

Desideriamo esprimerLe il nostro apprezzamento per le notizie positive apprese da tutta la documentazione inviataci, che ci ragguagliano sul congruo numero degli studenti, sulla buona preparazione accademica dei Docenti e sull'organizzazione completa del programma di studi.

Riteniamo, pertanto, di poter accogliere la suddetta istanza. Uniamo alla presente in duplice copia, pari numero e data, il relativo Decreto d'affiliazione, la "Conventio" e le "Normae" debitamente approvate da questo Dicastero (6 ALLEGATI).

Siamo sicuri che la Facoltà affiliante vorrà offrire la sua qualificata assistenza al menzionato Istituto, al fine di assicurare una solida formazione teologica degli studenti.

RingraziandoLa sentitamente per la cura con cui cotesto Pontificio Ateneo segue gli Istituti affiliati, profittiamo della circostanza per porgerLe distinti ossequi e confermarci

della Paternità Vostra Reverendissima
devotissimi nel Signore

***** Giuseppe Pittau
Segretario

Giuseppe Baldanza
Sottosegretario

Reverendissimo Padre
P. Giacomo BINI O.F.M.
Ministro Generale dell'Ordine dei Frati Minori
Gran Cancelliere del
Pontificio Ateneo *Antonianum*
ROMA

Lettera sulla affiliazione dello Studio Teologico OFM de Murcia

MINISTRO PROVINCIAL PROVINCIA
FRANCISCANA DE CARTAGENA

Murcia a 6 de Junio de 2001

Fr. Marco Nobile, OFM
Rettore

Reverendo y querido Padre: Paz y Bien

En el día de ayer nos reunimos el Director del ITM y un servidor con el Exmo. Sr. Rector de la Universidad Pontificia de Salamanca para comunicarle la solicitud de afiliación al Pontificio Ateneo Antoniano. Puedo comunicarle que, después de leída la carta que le he escrito y en expresión suya, "la Universidad Pontificia de Salamanca lamenta la pérdida que supone esta traslado de afiliación pero comprende perfectamente que hay que secundar las iniciativas de la Orden, entendiendo la política de la misma". Incluso, en caso de que en un futuro la Orden cambiara de parecer él estaría de nuevo dispuesto a suscribir el acuerdo de afiliación. La entrevista ha sido muy cordial y ha agradecido que nos desplacemos más de 600 kms. para comunicárselo personalmente.

Permítame que en nombre de la Provincia le agradezca todas las atenciones que tiene con nosotros así como el reconocimiento que supone para el ITM el hecho de que Senado del PAA haya aceptado por unanimidad nuestra solicitud.

A la espera de sus indicaciones reciba de nuevo mi cordial saludo de Paz y Bien.

Fr. Francisco Oliver Alcón, ofm
Ministro Provincial

Decreto di aggregazione dell'Instituto Teológico de Murcia in Spagna alla Facoltà di Teologia

N. 515/2005

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis), attentis litteris postulatoriis Rev.mi Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, Magni Cancellarii legitime præsentantis; re undique perpensa ac collatis consiliis cum iis quorum interest, ad normam art. 63 Constitutionis Apostolicæ *Sapientia christiana*

INSTITUTUM THEOLOGICUM O.F.M.

in civitate v. *Murcia* situm

hoc Decreto canonice erigit, simulque idem

Facultati Teologicæ Pontifciæ Universitatis *Antonianum* in Urbe

ad quinquennium experimenti gratia aggregat aggregatumque declarat, ex primo et secundo cyclo constans, ad academicos gradus scilicet Baccalaureatus et Licentiæ in Sacra Teologia per Facultatem aggregantem consequendos, sub ductu et vigilantia eiusdem Facultatis positum; servatis peculiaribus Statutis ab hac Congregatione approbatis; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Novembris, a. D. MMVI.

Zenon Card. Grocholewski
PRÆFECTUS

† Michael Miller CSB
A SECRETIS

Decreto di approvazione degli Statuti dell’Instituto Teológico de Murcia in Spagna

N. 515/2005

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis), lectis perpensisque STATUTIS Instituti Teologici O.F.M. in civitate v. *Murcia* siti, Facultati Teologicæ Pontifciæ Universitatis *Antonianum* in Urbe aggregati, quæ in eorundem XCIX articulis defniuntur ac statuuntur **rata habet** atque ad quinquennium experimenti gratia **approbat**, iisque ad quos pertinet ut rite observentur præcipit; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Novembris, a. D. MMVI.

Zenon Card. Grocholewski
PRÆFECTUS

† Michael Miller CSB
A SECRETIS

Decreto di nomina a direttore dell’Instituto Teológico de Murcia in Spagna di fr. Pedro Riquelme Oliva, O.F.M.

N. 746/2006

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Stu-diorum Institutis), attentis litteris commendatis Rev.mi Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, Magni Cancellarii legitime præsentantis; perpensis titulis dotibu-sque quibus candidatus qui probe præsit aptus demonstratur; cum compererit eundem legitime electum esse; ad normam art. 18 Constitutionis Apostolicæ *Sapientia christiana* necnon peculiarium Statutorum pro munere

Rev.um P. Petrum Riquelme Oliva

sodalem Ordinis Fratrum Minorum, Sacræ Teologiæ Doctorem,

DIRECTOREM

INSTlTUTI THEOLOGICI O.F.M.

in civitate v. *Murcia* siti

Facultati Teologicæ Pontifciæ Universitatis *Antonianum* in Urbe academice

aggregati

hoc Decreto ad triennium **approbat** atque **confrmat**, omnibus ipsi agnitis iuribus et ofciis huiusmodi muneri de more inhærentibus; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Novembris, a. D. MMVI.

Zenon Card.
Grocholewski
PRÆFECTUS

† Michael Miller
CSB A
SECRETIS